num hujuſcemodi fundamenta parare nos nitebamur. Eâ ſiquidem tempeſtate exemplo tuo ad quæque difficillima pro Religionis amore ſuſcipienda quilibet noſtrûm provocabatur; pro ejuſdemque honore, imperium tuum obſervans, omnis impigro, ſolertique ſtudio inſudabat. Ego autem etſi minimus omnium qua meritis, qua muneribus forem, nemini tamen in laboribus cedere meditabar; cum meipſum præ cunctis conſiderarem & Religioni multis, magniſque pignoribus devinctum, & Tibi communi omnium Patri, peculiaribus quo-

que